si offers munus tuum ad altare ibi
que rememoratus fueris uade recon
ciliare prius fratri tuo et sic offers
munus tuum ad altare, Uae mihi mi
sero, nec dicam tibi qui tanto tempore
aut non obtulimus ad altare aut ira
permanente sine causa obtulimus;
Quomodo in cottidiana prece umquam
diximus: Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Animo discrepante cum uerbis oratio
ne dissidente cum factis? Praecor ita
que quod et ante annum prioribus lit
teris rogaueram, ut pacem quam nobis
dominus reliquid habeamus, et meum de
siderium et tuam mentem christus intuetur,
In breui ante tribunal eius reconcilia
ta seu scissa concordia, aut praemium
recuperabit aut poenam, quod si tu
quod procul absit nolueris, ego liber
ero; Epistula mea haec cum lecta
fuerit absoluet;

XLIII HIERONIMUS AD SERUANDA
FURIAM DE UIDUITATE

OBSECRANS LITTE
ris et supplicans depre
caris ut tibi rescribam
immo scribam quomodo
uiuere debeas et ui
duitatis coronam inlesa pudicitiae
nomine conseruare; Gaudet ani
mus, exultant uiscera, gestit af
fectus hoc te cupere esse post uirum

quod sanctae memoriae mater tua Titiana
multo fuit tempore sub marito;
Exaudita est pro ceteris et orationes eius
ut adipisceretur
Impetrauit in unica filia quod uiuens
ipsa possederat. Habes praeterea
generis tui grande priuilegium quod
exinde a Camillo uel nulla uel rara
uestrae familiae scribitur secundos nos
se concubitus. ut non tam laudanda sis
si uidua perseueres quam execranda
si id christiana non serues quod per tanta saecula
gentiles feminae custodierunt;
Taceo de Paulae et Eustochiae stirpis ues
trae floribus, ne per occasionem exortatio
nis tuae illas laudare uidear,
Blesillam quae praetereo quae maritum suum
tuum sequuta germanum, in breui uitae
spatio tempora uirtutum multa conpleuit.
Atque utinam praeconia feminarum imita
rentur uiri, et rugosa senectus redde
ret quod sponte offert adulescentia;
Sciens et uidens in flammam mitto manum;
adducentur supercilia extendetur brachium
Iraturque tremens tumido dereuet ore
Consurgent proceres et aduersus episto
lam meam turba patricia detonabit;
Me magum me seductorem clamitans et in
terras ultimas asportandum; Addant
si uolunt et samaritem, ut domini mei titulum
recognoscam; Certe filiam a paren
te non diuido, nec dico illud de euangelio:
Sine mortuos sepeliant mortuos suos;
Viuit enim qui credit in christo; et qui in illo

ł ē creditur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0262